



1777, 30.-
890

DISSE^TAT^O IVRIDICA
QVAESTIONEM

VTRVM EMPHYTEVTA AN-
TE MOTAM ACTIONEM PRI-
VATORIAM OFFERENDO CANO-
NEM MORAM PVRGARE POSSIT?

CONTINENS

QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE

PRO

GRADV DOCTORIS

AD FACVLTATEM

OBTINENDO

AD DIEM XV. APRILIS MDCCCLXXVII.

PVBICE DEFENDET AVCTOR

IOANNES CAROLVS IESNIZERVS

IVR. VTR. BACCAL. ET ADVOCAT. IMMATR.

LIPSIENSIS.

LIPSIAE.

EX OFFICINA LOEPERIA.

DISSESTITATIO IURIDICA
QAVESTIONUM
ATRUM EMPHYTEUTA
TE MOTAM ACTIONEM PRI
AUTORIAM OFFERENDO CANO
NEWMORVM PARVÆ possit;

CONTINENS

MAY 6

UTRISQ[UE] ICHORVM ORDINIS AUTORITATE

180

GRADA DOCTORIS

AD TACITATEN

ORTINENDO

AD DIRM NVM ATRIUS MEDICINÆ AL

PÆFICIE DELENDENT ACTOR

JOANNES CYROFAS RESINISSERVS

JAR. AT. SACCV. IT. ADHOCT. IMMUR.

LIPSIENSIS

HISTORIE

EX OFFICINA FOLIARII

EXCELLENTISSIMO
ATQVE
ILLVSTRISSIMO
DOMINO DOMINO
CHRISTIANO GOTTHELF
S. R. I. LIBERO BARONI
A GVTSCHEMIDT

DYNASTAE KLEINWOELMERSDORFII CAET.
SERENISSIMI DVCIS ELECTORIS SAXONIAE
ADMINISTRO REIPVBLCIAE GVBERNANDAE
ET COMITI CONSISTORIANO CAET.

DOMINO MEO
INDVLGENTISSIMO.



EXCELLENTISSIMO

AEGAE

ILLUSTRISIMO

DOMINO DOMINO

CHRISTIANO GOTHELT

S. R. I. MESSO BARONI

A EATSCHEIDT

DI VASSE VITIUSMELERSDORFI. EAT.

SEPTUAGINTA DACTS HIC CTONIS SAXONIAE

DOMINISTO REINHOLDAE QUITINNIAE

II. COPIA CONSISTORIANO EAT.

D O M I N O M I O

INDUCE ET TIEGIN

ILLVSTRISSIME DOMINE!

 *O*ffero TIBI hoc opusculum cupioque TVO
nomine munerum et meritorum gloria
eminentissimo sacrum esse. In quo pia mente offeren-
do faciam grati et deuoti erga TE animi testimonium
ut demonstrem. Hanc ob causam etiam non vicio dabis,
rem non eum in modum esse comparatam, ut omni ex
parte TVAE dignitati TVOque splendori, quo apud
serenissimum atque clementissimum Principem et totam
Patriam gaudere soles, respondeat. Itaque serena fronte
fusciplias hoc opusculum minoris quidem momenti atta-
men

men pia mente erga **TE** proueniens, precor. Deum ve-
ro Potestate maximum, bonitate optimum rogo, immo
supplex rogo, ut **TE** et Gentem **TVAM**, virtutum lau-
de florentissimam diu saluam et incolumem seruet atque
tueatur, rataque iubeat esse vota pro Patriae **TVIS**
consiliis fulcita, flore, pace et tranquillitate. Ita
vouet

ILLVSTRISSIMI

N O M I N I S T V I

cultor obsequiosissimus.

IOANNES CAROLVS IESNIZER.



Cum in praesenti, de mora quam emphyteuta, in
 non soluendo Canone committit, et quae pri-
 vationem fundi efficit, nobis obueniat diffe-
 rendi occasio, non superuacaneum ei inutile erit Originem
 Emphyteuseos ex primis iuris principiis repetere. Scien-
 dum Romanos in iis Provinciis, quas in potestatem suam
 subegerant, habuisse agros cultos et in cultos, cultos itaque
 atque fertiles ad tempus, steriles autem laxos atque squa-
 lentes in perpetuum solebant locare vel in Emphyteusia
 pro canone annuo ita tradere, ut Emphyteuta ius Domi-
 nio proximum consequeretur. Vnde et Denominatio
 Emphyteuseos facile cognoscitur, quo nomine apud Grae-
 cos implantatio sive insitio significatur *εμφύτευσις* enim plan-
 tare est *Alciat. I. parerg. c. 36.* quod susciperent condu-
 tores

VIII

Stores siue postea Emphyteutae dicti, sterilia, saxosa atque
squalentia praedia ut plantationibus et omni politionum
culturaeque genere fertilia ac foecunda in Reipublicae e-
molumentum redderent vid. Accurs. l. fin. in Princip. hoc tit.
et Gothofr. ad rubr. C. de iure Emphyteut. et Myns. in §. adeo
I. de locat. conduct. n. 1. Quamuis et postea illud quoque
introductionum, ut et res iam fertiles et cultissimae, tam in
perpetuum quam ad tempus sub Emphyteuseos lege vti
ex l. 1. §. 1. ff. si ager vestigal, perspici potest, locarentur,
de qua re hic nobis quaestio non est mouenda. Ab initio
equidem et ante Zenonem in vsu iam fuisse contractum
emphyteuticarum probat lex citata 1. et l. 3. ff. de reb. eor.
qui etc. sed eodem Imperatore regnante cum Vendalorum,
Gothorum, Rugianorum, et aliarum nationum barbarum
incursionibus Italia, Africa, et magna pars Imperii Ro-
mani, vastaretur, eoque agri deserti, et metu hostili-
um impressionum inculti iacerent, credibile est, tunc
multo maxime hunc contractum, qui antea in pu-
blicis potissimum rebus frequentabatur, teste **Liuio lib.**
47. priuatis etiam coepisse usurpari, ideoque illius curam
suscepisse Principes et certam illi formam atque naturam
et nomen circumdedisse, quo crebrior et utilior eius effe-
ctus esset, atque ita agri deserti, vastaque ad cultum pri-
stinum reduci possent.

Ex

Ex his itaque apparet Emphyteuticum contractum non lege ciuili, ut vulgo contendunt, sed iure gentium introductum esse, quod enim Imperator Zeno propriam contractus Emphyteuseos statuit naturam, fecit non instituendo nouum conventionis genus, sed incertum et confusum ab illis distinguendo. vid. de ipsa hac materia l. t.
Cod. de iure Emphyteut. et S. Strick succinctae annotat. ad Lau-
terb. Comp. Dig. ad Tit. si ager vext. Quia autem omnis,
 quae a ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet a de-
 finitione proficisci, ut intelligatur, quid sit id, de quo
 disputetur, ut at Cicero Lib. I. Cap. II. et teste Vlpiano l. r.
pr. ff. de rebus creditis, e re sit, prius quam ad interpretationem
verborum perueniamus, pauca de significatione ipsius tituli refe-
re, quaedam de ipso contractu emphyteuticario dicere ne-
cessitas a nobis exigit.

§. I.

Emphyteusis vel potius contractus emphyteuticarius
 nobis est contractus consensualis de rei immobilis Domi-
 nio vtili transferendo sub lege meliorationis et annui ca-
 nonis, in recognitionem Dominii directi soluendi; me-
 dius igitur est hic contractus inter venditionem et locatio-
 nem et tum utrius similis est tum ab utroque differt vi-
 t. r. *Cod. de iur. Emph. euincit.*

B

§. II.

§. II.

Venditio enim non potest esse, quoniam in venditione totum dominium in emtorem transfertur *l. ii. f. 2 ff. de Actionem venditi, non autem in Emphyteusi, vbi dominium directum semper apud concedentem manet, et utile tantummodo in Emphyteutam siue in eum, cui Emphyteusis traditur, transfertur. vid. l. i. ff. si ager vedigal.*

§. III.

Tunc et in eo quam maxime differt emphyteusis ab emtione venditione, quia in emtione, emtor rei qualitate conueniens premium semel tantum praefstat *l. iii. ff. de contrah. emt. vendit. in emphyteusi autem canon quotannis praefstandus l. i. §. l. ff. si ager vedigal.* qui et rei vel terrae qualitatibus non conuenire debet necessario, sed saepius tenuis atque modicus est, quippe in recognitionem Domini directi tantummodo praefstandus, ex quibus facile differentia inter emphyteusin et emtionem venditionem diuidicanda erit.

§. IV.

Habet quidem emphyteusis aliquam similitudinem cum locatione conductione immo vocatur in *l. i. §. i. ff. Si ager vedigal.* perpetua locatio, attamen longe lateque inters se differant, constituitur enim emphyteusis in agris et fundis, sive in rebus immobilibus uti ex iam cit. *l. i. C. de iur. emphyteut. perspici potest.* Locatio et in rebus mobili-

bus

bus conficitur l. 2 ff. de oblig. et adiun. praeterea etiam Emphyteutis concedit dominium quoddam et ius in ipsa re vti peripie ex verb. final. l. 12. Cod. de fund. patrimonial. colligi potest, cum tamen locatio nullum ius in re tribuat l. 2. Cod. de praescript. trig. vel quadr. ann. Ratione sumtuaret impensarum ab Emphyteuta in rem factarum nihil a domino rei emphyteuticariae reperere potest emphyteuta, eam enim ob causam accepit emphyteusin, ut eam meliorare et fundum omnigenere culturae foecundiores reddere debeat l. 1. §. 10ff. si uiger uigilat. Ratione earum autem, quas conductor in rem fecerit aliter se res habet, nam omnes omnino impensas praeter eas, quas ob solam suam commoditatem praesentem fecit, utiliter factas reperiit a domino rei locatae, vel vti in praxi communiter fieri solet, in mercedem imputat vid. l. un. ff. de via publ. et si. etc. §. 7. et l. 55. ff. §. x. locat. cond.

Sed ut ad ipsam propositam quaestione in paulo pro prius perueniamus, omittamus reliqua generalia ad ea que iam dicta sunt adhuc spectantia, et quid de nostro propo sitione themate sit sentiendum videamus.

§. VI.

Constat nempe Emphyteusin ea potissimum sub lege ut Emphyteuta annum praestet canonem esse concessam, unde sit, ut emphyteuta neglecto officio

B 2

bo-

VII

bonum emphyteuticarum penitus amittat, hoc tamen obseruato, ut circa terminum ad quem, ante omnia respiciamus ad pactum inter dominum directum et emphyteutam initum, pacta enim dant legem contraria, et secundum illa mentem contrahentium diuidicamus. Quodsi vero partes temporis rationem expressione non habuerint, ad legis dispositionem prouocamus, quae elapsio triennio priuationem emphyteuseos praecipiunt. Probat hoc Iustinianus l. 2. C. de Jur. emphyteuticar. In emphyteuticariis contractibus inquit Imperator, sancimus, siquidem aliquae passiones in emphyteuticis instrumentis fuerint conscriptae: easdem et in omnibus aliis capitulis obseruari, et de reiectione eius, qui emphyteuta suscepit, si solitam pensionem, vel publicarum functionem apochas non praefiterit. Sin autem nihil super hoc capitulo fuerit pactum, sed per totum triennium neque pecunia soluerit neque apochas domino triputorum reddiderit; volenti ei licere eum a praediis emphyteuticariis repellere. A quo tamen spatio in emphyteuti ecclesiastica recedit Iustinianus, et ob fauorem, quem pia causam iure promeretur, ut amissio boni emphyteuticarii, elapsio duorum annorum spatio, contingat. Nov. VII. cap. 3. §. 2. disponit.

Monetur forsitan dubium, si heredes bonum emphyteuticarum possident, et unus ex his partem suam solvit,

vir, utrum negligentia reliquorum ipsi praeiudicium inferrat, ut cum effectu actio priuatoria possit institui. Gothofredus ad legem 2. C. de Iur. emphyteuticar. n. 30. affirmat sententiam, ratione addita, quia alioquin praefatio emphyteuseos confunderetur, et ad illustrandam causam prouocat ad legem 2. ff. Commun. praedior. sed non omnibus numeris absoluta mihi sententia videtur, contrariam potius mallem opinionem, quae analogiae iuris et naturae rei est conuenientior. Expediri nempe iuris est, priuationem emphyteuseos continere poenam negligentiae, poena autem cum semper proportionata debeat esse delicto, illi, qui non deliquit, nunquam potest imponi, alias enim factum innocentis imputandum esset innocentii, quod nec principia Iuris naturae, nec ciuilis suadent, perspicendum enim 1. II. pr. ff de poenis, est iudicanti, ne quid aut durius aut remissius constituantur quam causa depositit. Ratio qua virtutur Gothofredus, assertum non probat, cum confusio emphyteuseos, quam auctor metuit, nullo modo existat. Potius argumentum mibi suppeditat deterioratio fundi emphyteuticarii, quae si pro parte sit, pro parte quoque priuationem boni teste Carpzov. Part I. C. El. XXXI/X. def. 23. desiderat, et quamuis a Carpzouii sententia alienus sit Hartm. Pastor. lib. I. quaeft. XXIX. n. 3. non tamen eius assertum Carpzouium, qui regulam sequitur, destruit, cum eadem decisio, quae II. Feud. tit. 38. de Vasallo feudum deteriorante, adseratur, per

XIV

benignam interpretationem ad hunc quoque casum applicari queat. Nec contrarium efficit *l. cit. 7. ff. comm. praedior.* seruitutes enim sunt iura, quae, cum individuam continent causam, divisionem in partes non recipiunt.

§. VIII.

Circa ipsam vero priuationem, quae ob non solum canonem fieri potest, diuersae inter Iureconsultos oriuntur quaestiones, et poenam legis auctoritate negligenti emphytentiae impositam vehementer restringunt. Indubitate enim iuris esse putant, emphytentiam elapsi triennio vel biennio offerendo canonem antequam dominus Actionem instituerit, moram in tantum purgare, ut priuatio emphyteusos ipsum haud tangat. Haec opinio an iuri conveniat, et applausum promereatur nunc videamus.

Ad defendendam sententiam haec argumenta sunt in promptu. Prodicant potissimum ad *l. 2. C. de Iure emphyteutar.* in qua Imperator, arbitrio domini directi relinquunt, utrum poenam priuationis exercere velit; quod indicant verba: *Volenti ei licere eum a praediis emphyteicariis repellere.* Cum igitur emphyteuta iure suo aliter non possit priuari, quam si dominus voluerit, et voluntatem declarauerit, arbitrio enim eius; executio huius poenae erat relata, ante declarationem domini non inductam priuationem nec ius perfecte domino quae situm colligunt. Quae

si vera sunt, utique auctoritatem recipit decisio, emphyteutam ante actionem motam, offerendo canonem residuum, purgare moram, nec ex eo, quod spatium temporis penitus sit praeterlapsum timere detrimentum; aequitati enim utique conuenit, morae purgationem semper esse admittendam, re adhuc integra, hoc est, si alterius partis ius non sit deterius *conf.* Hahn ad Wesenb. Lib. VI. Tit. III. not 3. Carpz. P. II. Conf. El. XXXIX. def. II. n. 5. *sq.* Cui accedit quodaetio priuatoria domino directo ideo concessa dicatur, ut iniuriam sibi denegatione canonis et omissa dominii recognitione factam vescatur. A vindicanda iniuria excludit actorem remissio, cum enim illius tantummodo interfit, exigere satisfactionem, illi quoque competit potestas, eandem remittere, quippe cuilibet iuri suo renunciare et ab eodem recedere est liberum. Remissio nem autem non solum expresse per verba nempe et litteras, sed tacite quoque per facta declaramus, dummodo eadem sint liquida, hoc est ita comparata, ut de mente et voluntate abunde constet. Hac ex causa Vxor, quae maritum, de quo ipsi constabat adulterium commisisse, rursus admittit et cum eo concubuit, ad dissolutionem matrimonii frustra agit, sed exceptione opposita remissionis causa cadit. Dum igitur Dominus directus effluxo spatio trium vel duorum annorum iura, quae ipsi leges tribuunt, non exercet, sed ut emphyteuta in possessione permaneat, concedit

hoe

XVI

hoc ipso facto liquido declarat, quod iniuriam sibi illatam potius remittere quam persequi voluerit, eoque ipso oblationem canonis ad euitandam poenam, inquam alias leges negligenti imponunt, accipere tenetur.
Conf. Leyf. spec. CIII. med. VI.

§. X.

Sed quamvis haec sententia in Praxi obtiner locum, et quod frequenter contingere solet, nempe ut Vtus fori, quem Tyrannum *Hert. de paroem iur. vocat*, decisionem causae efficiat, de veritate tamen huius asserti maximopere dubito, immo eandem penitus nego, considerans nempe ipsius morae naturam et effectum. Mora enim, quae iniusta rei peragendi dilatio dicitur, vt constat ex parte debitoris, oritur vel ex lapsu diei, quando nempe dies solutioni certus est praefinitus, et in hoc casu, nulla interpellatione opus est, dies enim pro homine interpellat, sciat namque debitor *I. 12. C. de contrah. et committ. stipul.* minime se posse ad euitandam poenam adicere, quod nullus cum admouit, sed eriam citra ullam admonitionem eidem poenae pro stipulationis tenore fiet obnoxius, cum ea, quae promisit ipse, in memoria sua seruare, non ab aliis sibi manifestari, debeat poscere. Vel oritur ex interpellatione, si nullum certum tempus obligationi adiectum, et tunc debitor non prius in mora esse dicitur, quam illum admonuerit creditor, nulla enim

enim teste Scaevola l. 88. ff. de diuers. reg. Iur. intelligitur, mora ibi fieri, vbi nulla petitio est l. 32. ff. de Vsur. et fruct. Vel denique contrahimus moram re si quis minori et iis qui minorum gaudent iure debeat, hoc enim casu tenetur debitor ad Vsuras, licet etiam nullae promissae, nec interpellatio facta. Vid. l. 3. C. in quibus caus. in integr. rest. neceſſ. non eſt. Cum qua sententia conspirat Scaeuelae responsum, l. 3. §. 2. ff. de adim. vel transf. Idem dicendum eſt, et fidei commissa hereditate puero data, aut ſi ante restitutam deceſſifet, matri eius relida: ut ſi puer ante diem legati cedentem deceſſifet, matri debeatur; ſi poſtea ad pupilli heredes fideicommissum transmittatur, utpote re ipsa mora ſubsequens, quod etiam obtinet ſi favor libertatis concurrit, ſubuentum enim eſt l. 26. §. 1. ff. de fideicommissariis libertatibus ut in re mora facta eſſe videatur.

§. XI.

Quodſi igitur mora ex parte debitoris, pro quo hic emphyteuta eſt accipiens, ex lapsu diei oriatur, die admonente, nulla interpellatione opus ſit; dubitationi haud obnoxium etiam eſt, dominum directum eo ipſo ius perfectum bonum emphyteuticarum vindicandi, ſibi acquiſiuſſe, vt ei quandocunque velit, competat potestas contra Emphyteutam agendi, et ab eodem reſtitutionem rei in Emphyteutin datam petendi. Quaecum ita ſehabeant,

C

legis.

XVIII

legisque dispositio suadeat, ut nemini iñuito ius quae situm auferatur, nulla datur ratio emphyteutae assistens, ut per oblationem Canonis ius plene amissum recuperare, et dominum directum dissentientem ad conseruandum contrarium emphyteuticarum adigere possit. Nec taciturnitas obstat domino, et fuit emphyteutae, tacere enim poterat ille salvo iure, quod leges ipsi post moram ab emphyteuta commissam concedebant, et id, quod ex humanitate fecit, non potest ipsi onus inferre. Consentientes habemus hac in parte leges, quae purgationem morae non admittunt, ubi poena ipso iure irrogatur quasi executio ab ipsa lege sit facta l. 84. ff. de verb. obligat. l. 2. C. de iur. emphyteut, et l. 12. C. de contrah. et com. stip; Hinc recte negatur Emphyteutam posse oblatione Canonis moram purgare. vid. et Salicet. n. 8. et Sichard. n. 19. ad l. 2. Cod. de iur. Emphyteut.

§. XII.

Mitorem sententiam circa emphyteusin ecclesiasticam fert pontifex c. final. X. de locat. Cond. Potuit, inquit Emphyteuta ecclesia primitus requisita, quantum sibi ab aliis offertur, si nolle se emere direxit, vel a denunciationis tempore duorum mensium spatium sit elapsum, meliorationes et ius sibi competens aliis vendere, qui ab emtione huiusmodi minime prohibentur. Emphyteuta quoque secus praesumendo vel cessando in solutione canonis per biennium, nisi celeri satisfactiōne postmodum sibi conseruare

futere

sulare se duisset, iuste potuisset repellere. Putant equidem Gregorium in hoc capite discriminis rationem habuisse inter poenam conuentionalem et legalem. In priori casu, si dies solutioni ex conuentione partium adiecta, et simul poena apposita, commissam moram purgationem admittere negant, in posteriori vero casu affirmant, rationem differentiae in eo ponunt, quia si in conuentione pacis poena apposita est, non potest contra hanc expressam conuentionem permitti morae emendatio, at in poena legali lex ipsa quae inducit poenam, facultatem concedendi moram ex aequitate concedere videretur. Prouocant haec ex parte ad l. 91. §. 3. *ff. de verb. oblig.* ubi Celsus, quam sententiam sequitur Iulianus probat *eum qui moram insoluendo Sticho, quem promiserat, fecit, posse mendicare moram postea offerendo, ratione addita, esse enim hanc quaestionem de bono et aequo, in quo genere plerumque sub auctoritate iuris scientiae permissione erratur.* Sed vehementer de auctoritate huius divisionis dubito, cum lex 2. C. de *Iure Emphyteut.* huius nunquam faciat mentionem, potius indistincte die solutioni praefinito elapslo, amissionem boni emphyteuticarii praecipiat, nec Iustinianus Nov. VII. C. 3. §. 2. circa ecclesiasticam emphyteusin hac in parte exceptionem adiiciat. Hac ex causa cum ius ciuile, quod potissimum in materia contractuum sequimur regulam constitutat, nec distinctionem inter emphyteusin secularem et ecclesiasticam constitutat, id quod Pontifex disponit di-

XX

spensionem a regula efficit, quae in terris Catholicis
 quidem valet, in locis vero, vbi ius civile iuri Canonico
 praesertim, thesin non tollit. is potest distingui in iure canonico
quod in iure civili non possit. §. XIII. etiam in iure canonico et in iure
civili. Sed quid? si Emphyteuta et si non totum, partem
 saltim Canonis *intra tempus constitutum* soluerit? an eandem
 poenam scilicet amissionis Emphyteuseos incurere possit
 quaritur? Aequior sane est Sententia putantium, nec to-
 tam Emphyteus in nec partem hoc in causu fieri cadu-
 cam, ex ratione, quia non potest dici non soluisse, sol-
 vens accipienti partem aliquam, cum etiam particularis
 solutio creditore volente facta, sit solutio, vid. Brunem. ad
 l. 2. C. de Iur. emphyt. et Bacchov. in Trent. Vol. 1. Disp. 29
 th. 12. lit. B. Et poena ista priuationis Emphyteuseos non
 eum in finem introducta est, ut pecuniarium Interesse Do-
 minus habeat, quod in aliis casibus obtinet, sed potius,
 quod Emphyteuta non solvens praesumatur Dominum iu-
 re suo priuare, eumque non amplius recognoscere velle
 pro Domino, quippe Canon in Recognitionem Domini
 directi datur ex supra dictis, id quod is non facit, qui pro-
 pter nimiam paupertatem partem tantummodo soluit.
 Vid. Carpz. pag 2. const. 38. def. 4. num. 3. seqq. Henr. Hahn
 ad Wesenb. n. 15. p. 411. et Brun. ad l. 2. C. de iur. Emphyteut.
 Ita etiam Scabini Lipsiensis Mens. Mart. Ao. 1624 re-
 sponderunt, in causa Caspaci Legels zu Erleberg. Seid ihn
in

in Abstattung des Erbzinses von eurem Gute, so ein Bonum emphyteuticum ist, über drey Jahr lang säumig gewesen. Ob nun wohl dannenhero der Herr solch Gut ob non solutum canonum, einzuziehen gemeinet: Da ihr aber dennoch binnen ermöldten drey Jahren eins Theils von solchen Erbzinsze abgestattet hättest, den Rest auch vollend zu bezahlen nochmahln erböthig wäret etc. So würdet ihr bey eurem Rechte billig gelassen, und möchtet gestalteten Sachen nach des Erbzinsz-Guts nicht priuiret werden. V. R. W.

§. XIV.

Alia vero est causa si Emphyteuta non quidem paupertate, ast ob alia obstacula est impeditus v. c. si in vincula publica coniectus, aut graui et desperato morbo prohibitus fuerit emphyteuta, nam hae causae non admittunt moram in solutione canonis, quia obligatio in Emphyteusi in dando consistit, nempe ad dandum vel soluendum Canonem; potest igitur Emphyteuta si ipse Dominum directum adire haud potest, per Procuratorem Domino Canonem solvere. Vid. l. 12. ff. de Usufr. Valetudo aduersa enim, et vincula publica similisque aduersa fortuna excusat in Praxi in iis tantummodo casibus, vbi praesentia ipsius personae requiritur. Vid. l. 2. ff. si quis cauit, in Iudic. etc. §. 3. Nec difficultas superueniens in Obligationibus ad dandum excusat ut perspicue ex l. 137. ff. de Verb. obligat. §. 4. liquet; satis iam ex iis cuiilibet patebit eiusmodi causas non suffici-

XXII

cere ad moram purgandam, sed eiusmodi actus, uti et
alii in praxi, qui non praesentiam personae necessario re-
quirunt per Procuratores vel mandatarios peragi posse.
Prouocant quidem ii, qui contrariam fountent sententiam ad
L. 10. ff. de Leg. Rod. de iactu §. 1. ex eaque demonstrare vo-
lunt difficultatem licet non impedire obligationem a mo-
ra tamen et poena ne committatur excusare, quia vero
haec lex de singulari causu loquitur, et ad nostram mate-
riam non spectat, iure meritoque in medio eam breuitatis
studio relinquimus, et potius ad utiliora et ad rem nostram
magis spectantia nos conuertimus.

§. XV.

De hoc casu adhuc in primis sub iudice lis est.
An Dominus post triennii cessationem oblatam pensionem
recipiens iuri expellendi renuntiat, etiamsi tempore praec-
terlapso canonem simpliciter, non tamen futurum nulla
adhibita protestatione acceperit. Quod secundum meam
opinione negare duxi. Dominus enim expellendo poe-
nam persegitur, canonem vero petendo aut recipiendo
remipsam, quapropter alterius electio alterum non consu-
mit. *Vid. l. 7. ff. de condit. furt.* Et sane humanitatis et of-
ficii imperfeci est, Dominum directum tamdiu expectasse
et non statim eiecisse emphyteutam, quod praeiudicio do-

mino

mino esse non possit. Vnde et Hermog. constitutio in l. 10. ff. de Publican. et vest. me haud mouet, in qua de duplice poena tractatur, nempe expulsionis, et usurarum pensionis non solutae, quarum altera debere dominum esse contentum aequum est, ne duplice poena ex una eademque causa fluente conductor afficiatur l. 41. ff. de poenis. Dicitur quidem in l. 7. de Leg. Comiss. quod post diem commissoriae legi praesstitutum, si venditor pretium perat, legi commissoriae renunciatum videatur, nec variare et ad hanc redire possit, ast haec lex aliam habet rationem, pugnant enim haec in venditore pretium et rem petere per leg. un. Cod. si seru. extero se emi etc. Electione autem vnius ex contrariis alterum tollitur, l. 1. ff. de condit. furt. Quae contrarietatis ratio in specie nostra cessat. Denique non obstat, quod creditor recipiendo sortem censeatur poenam remissee, id enim in Usuris et eo quod interest duntaxat constitutum reperitur in l. 10. ff. de eo quod cert. loco dari oportet, quae cum per se non subsistant, sed accessorium quid obligationis principalis sunt, l. 49. ff. §. 1. l. 4. Cod. Depositii perempta prorsus obligatione sortis per solutionem §. 1. quibus modis toll. obligat consequens est, usuras ad id quod interest extingui l. 4. depositi vel contr. Vbi enim existentia causae principalis deficit, ea etiam quae sequuntur locum non habent l. 178. ff. de Reg. Iur.

Dei

XXIV

Diectionis autem poena, de qua hic agitur, non accedit sed pariter ac Canon per se et principaliter petitur per l. 1. Cod. de Iur. emph. Vid. circa hanc materiam Iac. Butrigarius et Bartol. in l. 2. num. 8. Cod. de iur. emphyteut. Menoch. lib. 3. praesumt. c. 112. n. 1. cum seqq.

§. XVI.

Quod si igitur Emphyteuta Canonem intra tempus constitutum non soluerit, vel saltim non tempestive soluerit, cadit suo iure, sed an hoc fiat ipso iure, vel demum iudicis sententia vetus controuersa quaestio est. Ex verbis l. 2. Cod. de iur. emph. dicentibus: CADIT SVO IURE communiter contendunt, Dominum posse emphyteutam eiucere sine autoritate iudicis, ast mihi semper verior visa est contraria sententia, quae ut omnes contentionum fluctus et rixarum tumultus praescindantur, magistratus autoritatem desiderat, cui sententiae etiam plene l. 31. ff. de pignoribus respondet. Vid. Richt. Decis. 84. num. 9. M. Berlich p. 2. Conclus. 46. num. 9. Carpz. p. 2. c. 38. def. 1. et sqq. et Brunnen. ad l. 2. Cod. de iur. emph. Proinde iureconsulti Academiae Iuliae ao. 1640. Mens. Iul. ad C. C. A. D. L. hoc responsum dederunt: Haben etliche des Klosters S. L. Erben-Zinsz-Leute dem Erben-Zinsz-Herrn den gebührenden Canonem welcher gar geringe seyn soll, in vielen Jahren, auch vor dem Kriegs Wesen nicht abgetragen, so haben selbige Leute dadurch

der

der Güter zu rechte sich verlustig gemacht, seynd dieselbe caduc worden und dem Kloster anheim gefallen. Es ist aber der sicherste Weg daßz die Leute vor der Obrigkeit zuvor gehörēt, ob etwa bey vorgegangenen Kriegs-Läufsten, die Leute umkommen, und keiner der Aecker sich angemaset, die Kinder unbehormundet geblieben, oder ob ein oder der andere dem Erben-Zinsz neulicher Jahren erleget, den Erb-Zinszherrn damit erkennet, und zu Abtrag des hindersttelligen Canonis sich anheischig gemacht, und also in diesen und dergleichen Fällen die Billigkeit beobachtet würde. V. R. W.

§. XVII.

Accedit alterum Emphyteuta possidet et saltem naturaliter possidet l. 12. C. de fund. Patrimonial. Cuiusmodi possessio, licet ob non solutam pensionem iure suo priuerur, Domino quaeſita non est, cum nec quidem iis casibus, quibus ipso iure translatio Dominii sit, translata unquam possessio iudicetur l. 23. ff. de acquir. vel amitt. possess. sed denique per actum aliquem apprehendi debet, quod etiam exinde facile cognosci potest, quando ne quidem conductor, qui nullam possessionem habet, sed nudam detentionem l. 33. ff. § 1. de Vſurpat. et Vſucap. corporali illa insitentia, spoliari temere a domino debeat, sed per magistratum i. e. via iuris, et modo procedendi ordinario id

D

fieri

XXVI

fieri oporteat l. 34. C. de locat. et *Conduxt.* multo magis
hoc locum habere debet in Emphyteusi, quando dominus
directus Emphyteutam, qui canonem debito modo non sol-
verit, Emphyteusi priuare et eicere ex ea velit.

§. XVIII.

Instituenda igitur est a Domino directo Actio pri-
vatoria contra Emphyteutam, et secundum ordinem de-
terminatum ei est procedendum. Ita et indicarunt Scabini
Lipsiensis M. Aug. ao. 1629. in causa Hansen von Dieskau,
hat Tobias Frischmann Bürger und Handelsmann allhier zu Leip-
zig 6 Acker Holtz so eurem unmündigen Bruder Greifler von
Dieskau zu Gautsch zu Lehn röhren abgewichener Zeit häuflich
an sich gebracht; dieselbe aber nach Absterben eures Vatern nun-
mehr ins vierte Jahr, bei gedachten eurem unmündigen Briüdern, und
euch seinen Vormunden nicht wieder in Lehn genommen noch den ge-
wöhnlichen Canonem entrichtet; Solche Aecker auch ohne Vorwi-
ßen einen andern zu erkaufen sich unterstanden, folgends von dem ge-
schlossenen Kauf wiederum abgesprungen, seinen Abkäufer, dasz
er ihm den Kauf-Brief wieder ausantworten sollen, vor dem Rath
allhier verklaget, und den eurem Bruder Otten anderweit Geld dar-
auf genommen, derowegen ihr ihm solche Aecker einzuziehen ent-
schlossen N. m. i. e. f. So ist euch solches in einem ordentlichen Pro-
cessz, so vor euren eigenen Gerichten angestellt werden mag, zu su-
chen

chen unbenommen: Vnd waun ihr wie Recht, erwiesen, dasz berührtes Gut ein recht bonum emphyteuticum wäre, gedachter N. N. auch in dreyen Jahren den gewöhnlichen Canonem nicht entrichtet, und er darauf mit seiner Nothdurft auch gebührlich gehöret, ergehet darauf in der Sachen und ob ihr die Güter einzuziehen befugt seyd oder nicht, ferner was Recht ist. V. R. W.

Ex his igitur et iis, quae iam supra diximus, facile est diiudicandum Priuationem Emphyteuseos nonnisi praeuia causa cognitione in Processu plenaria in iudicio domini pertractanda et sententia desuper lata obtainere posse. Vid. et Conf. El. 38. p. 2. et Carpz. Def. 1. et 2. Iur. for. p. 2. C. 38. def. 18 num. 7. et def. 20. num. 8.

His peractis paucis tantummodo quid circafructus et meliorationes si Emphyteuta propter non solutum canonem, vel si fundum sterilem non reddat meliorem, vel ob alias modos, quos hic referre non est temporis atque loci, eiiciendus est, iuris sit, videamus. Tam aequitas quam ius strictum requirit, vt nemo cum alterius iactura vel detimento se locupletem reddat l. 206. ff. de R. I. l. 14. ff. de condit. indeb. Hinc recedendum quidem est Emphyteutae attamen restitutis expensis et meliorationibus utiliter factis. Atque ita Facultas Iuridica Lipsiensis M. Octobr. ac. 1646. re-

XXVIII

spondit an die Dom Probstei Gerichte zu Osterfeld. Werden unterschiedene viel Personen gefunden, die ihre Erbzirsz-Güter und Lehnstücke, auch wohl aus Vorſatz, viel Jahr unbefleitet haben liegen lassen, und ſeynd dem Kriege und anderer Handthierung nachgelaufen, und haben weder Erbzins, Steuer, Contribution, noch andere Gefälle, von foſchen ihren unbefleiteten Gütern abrichten wollen, wodurch die Laſt der ſchweren Extra-ordinair-Coutribution denen andern Nothbarn zugewachsen. Ob nun wohl ſonſt ingemein einer des andern Güter ſich nicht anzunäzen: dennoch aber und dieweil, in dergleichen Fällen zu Rechte diese Verordnung gethan, daß der Erb und Lehn-Herr die verlaffene Güter entweder ſelbſten anzunämen, oder andern auf vorgehende Vergleichung, dergestalt, daß ſie ſolche wieder anbauen und gebrauchen mögen, Iedoch aber, daß ſie dieſelbe, woferne die Eigenthums-Herren ſich wiederum finden möchten, Ihnen gegen Erstattung desienigen ſo darein gewendet oder verbessert worden, wiederum abtreten ſollen, einzuräumen und zu übergeben wohl befugt: So verbleibet es auch dabey billig, und wird demſelben billig nachgelebet. V. R. W.

Qnamus negare non possum in Thesi distinguendum esse
an expensas et meliorationes ante vel post deteriorationem
fecerit Emphyteuta. Si enim ante deteriorationem expen-
ſas et meliorationes in fundum sterilem fecerit, repetere
eas

eas ob supra dicta omnino potest, quodsi autem post de-
teriorationem non nullas fortasse fecerit non repeatat,
quia facile intelligere poterat, futurum esse, ut Emphy-
teusi priuaretur, in praxi, tamen vti supra plurimis iam de-
monstrauit, haec distinctio cessat, atque iure et aequitate sua-
dente, rationum redditioni non immerito locus relatus.

COROLLARIA.

I.

Non datur depositum irregulare.

II.

Pater ad dotandam filiam eam ob causam est obligatus, ut honestam iaueniat nubendi occasionem.

III.

Omnis praesumtio admittit probationem incontrarium, nec datur praesumtio Iuris et de Iure.

IV.

Locatio conductio ob metum spectrorum non quidem est rescindenda, aequitate tamen nonnunquam suadente fieri rescissio potest.

Leipzig, Diss., 1777 A-0

ULB Halle
004 568 583

3



sb:

f

1777, 30.^a

890

IO IVRIDICA

STIONEM

PHYTEVTA AN-
ACTIONEM PRI-
FERENDO CANO-
PVRGARE POSSIT?

TINENS

EVAM

MORDINIS AVCTORITATE

PRO

DOCTORIS

CVLTATEM

INENDO.

PRILIS MDCCCLXXVII.

ENDET AVCTOR

OLVS IESNIZERVS

ET ADVOCAT. IMMATTR.

SIENSIS.

SIAE.

INA LOOPERIA.

Inches
Centimetres

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20

Farbkarte #13

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

B.I.G.